Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Insipiens aliena colit propriumque relinquit.
Plus alios quam se quisque nisi stultus amat.
Proverbium vulgare
Egli è meglio mio che nostro
Meglio è ad altrui partire che tutto perdere.
Molino di consorti va liguato [?] et stroppi.

De conservatione divitiarum. capitulum VII.

Salomon in Ecclesiastico capitulo III. Tempus custodiendi et
tempus abiciendi.
Tullius rhetoricae artis novae libro V. capitulo XXI.
diligentia est accurata conservatio suorum.
Ovidius de arte amandi libro II.
Non minor est virtus quam quaerere parta tueri.
Casus inest illic. hic opus artis erit.
Cato capitulo primo. Custodi rem tuam.
Cassiodorus epistolarum libro primo epistola XXIIII.
Maior in conservandis rebus quam adinveniendis ca-
utela adhibenda est quia de inventis praedicatio de-
betur. de custodiendis autem laudata perfectio.
Ibidem XLIII epistola. Cito expendunt arca quae
assidua non fuerit additione fulcita. Thesa-
urus ipse quam facile profunditur, si nullis iterum
pecuniis compleatur.
Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo VI.
Res levis est quaerere, sed retinere labor.
Bernardus in yconomica capitulo XVII. Melius est
pati famem quam patrimonii venditionem.
Idem capitulo XXVI. Si nobiles sunt fratres melior est
saepe per mundum corporum dispersio quam hereditatis
divisio. Nam saepe est gravis eorum dissolutio,
gravior huiusmodi hereditatis divisio.
Iacobus beneventanus capitulo LII.
Rem bene custodi quam heres dispendere noli
Ne dispergaris, et velut exul eas.
laus est magna viro sua si conservat et auget
obprobrium contra si male tractet ea.

De credito et debito maxime usurario. capitulum VIII.

Salomon in proverbiis capitulo XXII. Qui accipit mutuum
servus est fenerantis.
lex autem ff. de hereditate et actione vendita. lege cum illo adiecto. debitor
creditorem veretur et metuit.
Bernardus in yconomica capitulo XVII. Melius est
partem patrimonii vendere quam ad usuras sub-
ire. Quid est usura? nisi venenum
patrimonii.
Proverbium vulgare. Male compra chi usura,
Chi denari tolle ad usura.

De damno et amissione divitiarum. capitulum nonum.

Salomon in proverbiis capitulo II. Qui diligit epulas in
egestate erit. Qui negligit damnum propter amicum
iustus est. Idem in Ecclesiastico capitulo III. Tempus acqu-
irendi et tempus perdendi. Tempus custodiendi et tempus
abiciendi.
Aristoteles Ethicorum libro IIII. capitulo primo. velociter
derelinquunt substantiam dantes ydiotae [?] qui videntur pro-
digi esse. Idem politicorum libro V. capitulo VI. Sub-
stantias consumunt prave expensae saepe fiunt. vide ibidem.
Ihesus filius Sirach in Ecclesiastico capitulo XIX. operarius
ebriosus non locupletabitur. Qui negligit
modica, paulatim decidit. Idem XXI capitulo. Obiur-
gatio et iniuriae annichilant substantiam. Idem XXXV.
capitulo. perde pecuniam propter fratrem et amicum.
Idem capitulo XL. Substantiae iniustorum sicut fluvius
siccabuntur.
Therentius in Adelphis capitulo V. pecuniam in loco
negligere maximum interdum est lucrum potius quam
venias in proelium. Sbramo servus, ne an perdas
totum dimidium fare (fac)
Tullius philippicorum libro II. Male parta male
dilabuntur.
Seneca de tranquillitate animi. Tollerabilius est non
acquirere quam amittere
Idem tragediarum in Hercule Oetheo capitulo II.
Comoda cladibus
Magnis magna patent.
Luchanus libro II.
Dampna movent populos, si quos sua iura tuentur.
non sibi sed domino gravis est qui servit egestas.
lex ff. titulo ad legem aquiliam lege qui occidit § penultimo. Qui
occidere [?] damnum praestat damnum fecisse videtur.
Ibidem titulo communi lege ad eos. Qua cura vel dilige-
ntia consequi possumus. ne ab aliquo nobis da-
mnum iniuria detur. Idem titulo de adimendis legatis lege pater
non videtur absumptum quod in corpus matrimonii
versum est.
Cato capitulo II.
Cum labor est in damno mortalis crescit egestas.
Prosper sub LXXXVII Epigrammate.
Omne bonum mundo concretum, et tempore partum
Quamquam amicti conditione potest.
Et quamvis damnis vigilanter cura resistat
Saepe tamen pravis dispoliatur homo.
Cassiodorus epistolarum libro II. epistola. Solet
facile labi, quod non sine difficultatibus potuit in-
veniri. Ibidem libro IIII epistola XXX. facilis est